Intelleximus depositas esse ad officium Fid. V[est]rum certas res nobilis olim Joannis Gorskij minist[r]i Generalis ex quibus framea argento ornata est per eandem Gorskij Monasterio Bernardinor[um] testamento legata Mandamus itaq[ue] Fid. V[est]ris Seriò ut quamprimum ab eisdem fratribus requisiti fuerint eandem frameam ipsis extradant neq[ue] secus faciant p[ro] gr[ati]am n[ost]ram charam habens.

Mandatum pro administrat[io]n[e] iustitia

Sigismundus etc.

Famatis Proconsuli et Cons[ulibu]s ciuitatis nostræ Ilkusien[sis] Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti Conqueruntur grauiter Seniores totaq[ue] Fraternitas fossoria alias Kopaczskie Braczstwo in Ciuitate illa antiquitus fundata quod pleriq[ue] Ciues alij bona et fundos eiusdem Fraternitatis occupant eosq[ue] nullo iure sibi vendicant alij census eidem Fraternitati debitos a multis annis retinent Quare Fid. vestris ad quorum officium pertinet ne bona Ecclesiastica dispereant Seriò mandamus ut quamprimum ab eisdem Senioribus Fraternitatis p[rae]fatæ requisiti fuerint eisdem de omnibus bonorum p[rae]dictorum occupatoribus censuumq[ue] retentoribus absq[ue] ullis diffugijs et tergiuersationibus Iudicio de plano sine strepitu et figura Iudicij tanquam in causa Priuilegiata ius dicant, iustitiamq[ue] indilatam administrent, eandemq[ue] Fraternitatem in recuperandis tam fundis quam censibus p[rae]fatis non tantum non impediant sed etiam adiuuent. Pro gratia nostra officijq[ue] sui debito.

Cessio villæ Metna

Sigismundus etc. Scimus etc.

Quod coram nobis et Actis Cancellariæ nostræ constituta personaliter Honesta Zophia Honesti olim Mathis Bek ciuis [?] ... relicta vidua per nobilem Martinum Chmielowskij ad eum actum assumptum sibi tutorem accedente speciali consensu nostro vltro libereq[ue] de iure suo quod illi ex donatione nostra ad bona Sielisko Metne dicta in Capitaneatu Mielnicen[si] sita aliaq[ue] omnia bona nostra Regalia quæ nobilis olim Joannes Siecinskij Stipator noster possidebat competit cessit et in effectu condescendit

Nobili Joanni Scherbicz Generosi Pauli Scherbicz Decretorum nostrorum Notarij filio nihil iuris amplius in eisdem bonis sibi reseruando sed illud totum in personam eiusdem Joannis transfundendo. Quam cessionem nos ratam habentes eadem bona Sielisko Metne dicta cum omnibus attinen. ita prout eadem bona dictus olim Joannes Szecinskij possidebat in vsum Aduitalitium eidem Joanni Scherbicz propter merita patris ipsius contulimus conferimusq per presentes Promittentes verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris quod eundem Joannem Scerbicz donec vixerit possessione eorundem bonorum non priuabimus neq Serenissimi Successores nostri priuabunt sed eum in pacifica possessione eorundem bonorum ad extrema (vti promissum est) vitae ipsius tempora conseruabimus et Serenissimi Successores nostri conseruabunt. In cuius rei

Donatio perpetua

Sigismundus rē Scamus rē

Quod posteaquam Serenissima princeps Domina Anna Dei gratia Regina Poloniae matertera nostra charissima certam Curiam angularem cum horto in suburbio Warsouien. ante portam Bernardinen. sitam penes domum et hortum Zablociorum iacen. per Serenissimum olim Sigismundum Augustum regem antecessorem et auunculum nostrum desideratissimum iure hereditariae emptionis in propriam suam personam a Generoso Bartholomeo Zelenskij Capitaneo Stezicen. aquisitam et eandem ad heredes suos legitimos transmissam Magco Leoni Sapicha Magni Ducatus Lituaniae supremo cancellario eiusq Successoribus Ulimis donasset atq eiusdem Magnifici Cancellarij in nos Remq publicam merita talia multaq sint vt illi merito ex omni occasione gratiam nostram declarandam esse existimauimus Proinde nos quoq concessionem et donationem predictam Serenissimae Dominae materterae nostrae per omnia in omnibus punctis clausulis et articulis confirmamus approbamus ratamq habemus omne insuper ius nostrum hereditarium quodcunq ad eandem curiam et hortum primum Serenissimae olim Dominae Catherinae Reginae Sueciae genitrici nostrae desideratissimae, et tandem iure repraesentationis nobis ex legitima hereditariaq successione competebat et iure competere poterit in eundem Magcum Leonem Sapicha Magni Lithuaniae Ducatus cancellarium eiusq heredes et successores legitimos libenter perpetuae et irreuocabilis donationis titulo transferimus eidemq illud damus donamus, omniq modo via et stillo et forma quibus suis fieri de iure melius pot. ac debet resignamus. Nihil nobis Successoribusq